

**N**on intres in iudicium cum seruo tuo domine, quoniam nullus apud te iustificabitur homo: nisi per te omnium peccatorum tribuatur remissio. Non ergo cum tua quamuis domine iudicialis sententia premat? quem tibi uera supplicatio fidei Christiana commendat? sed gratia tua illi succurrente mereatur euadere iudicium ultionis? qui dum adhuc uiueret inuisionitus est signaculo sancta Trinitatis! per eum qui uenturus est in Spiritu Sancto iudicare uiuos et mortuos et seculum per ignem.

Amen. *Rm.* Subuenite sancti.

*Kyrie eleison, Chreeleyson, Kyrieleyson.*

**Oremus**

**D**eus cui omnia uiuunt, et cui non seruiunt morienda corpora nostra, sed mutantur in melius, te supplices deprecamur: ut quicquid anima famuli tui uitiorum tuarum uoluntati contrarium, fallente diabolo, et propria iniquitate, atque fragilitate contraxit: tu pius et misericors abluas indulgendo: eamque

incipi.

incipi iubeas per manus sanctorum  
Archangelorum tuorum deducendam  
in sinibus Patriarcharum tuorum, Abra-  
ham scilicet amici tui? et Isaac electi  
tui atque Jacob dilecti tui! quo auferat  
dolor et tristitia. atque suspirium  
fidelium quoque animarum iustici iucun-  
ditate latentur! et in nouissimo magni  
iudicii die inter sanctos et electos tuos  
eam facias perpetua gloria percipere  
portionem quam oculus non uidit  
nec auris audiuit. et in cor hominis  
non ascendit! quae preparasti dili-  
gentibus te. per eum qui uenturus  
est in Spiritu Sancto iudicare uiuos  
et mortuos. et seculum per ignem.  
Amen. *Rm.* Memento mei Deus.

*Kyrieleyson Chreleyson Kyrieleyson.*

*Alia Oratio*

**F**ac quaesumus Domine hanc cum  
seruo tuo misericordiam? ut factorum

tuorum

Inuorū in pœnis non recipiat uicem .  
qui tuam in uotis tenuit uoluntatem .  
Et sicut hic eum uera fides iunxit fide-  
lium turmis, ita eum illic tua misera-  
tio societ angelicis Choris. per eum .  
qui uenturus est in Spiritu sancto iudi-  
care uiuos et mortuos, et seculum .  
per ignem . Amen . *Responsorium.*

*L.* libera me dñe de vps infernj  
*Kyrieleyson, Chreleyson, Kyrieleyson .  
Pater noster . Et ne nos inducas .  
Requiem aeternam dona eis domine .*

*Dominus Vobiscum . O remūs  
Annue nobis dñe ut anima famūlj .  
tui remissioneū quam semper optauit .  
mereatur percipere peccatorū . per dom .*

*D* E us cuius miseratione anima fidelium .  
requiescunt, animabus famulorum .  
famularumq; tuarum omniumq; fidelium .  
hic et ubiq; in Christo quiescentium, da pro-  
pitiū ueniam peccatorum, ut a cunctis  
reatibus absoluti tecum sine fine latean-  
tur . per eundem . Dominus Vobiscum .

*Requiescant in pace . Amen .*